UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XXXVI. Die Markgrafen Ludwig und Ludwig der Römer vereignen der Johannis-Capelle zu Quartschen eine Hebung aus dem Hufenzinse der Stadt Bärwalde, am 10. Februar 1351.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

Albertus de Wolfftein, Petir de Oft, Ludwig de Wedel, Haſſo de Valkenburg, Haſſo de Uchtenhagen, Milites, et Henningus de Wedel cum ceteris fidedignis. Datum in Kungsperg, Anno Domini M° CCC° L°, in die beati Andree Apoſtoli.

Nach v. Hackwitz'ſcher Abſchrift des Originals.

XXXV. Markgraf Ludwig überträgt dem Zöllner zu Küſtrin den Theil des Zolles zur Berechnung, welchen der Berliner Bürger Uhlemann beſeſſen und wegen ſeiner Anerkennung des falſchen Waldemar verwirkt hat, am 15. Dezember 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. commiſimus et preſentibus committimus diſcreto viro Hinrico Sachſenberch, theolonario in Cuſtrin, et ipſius veris heredibus, fidelibus noſtris dilectis, partem dicti theolonii, que pertinuit ad Nicolaum vleman et ſocios eiusdem, ciues in Berlin, qui propter crimen leſemaieſtatis in nos commiſſum per ipſos occaſione cuiuſdam ficti, imo falſi waldemari, cui tanquam ipſorum domino adheſerunt, ipſam partem ipſo facto legittime perdiderunt, tenendam, colligendam, regendam et pacifice poſſidendam et noſtro nomine in dicto theolonio cenſum habentibus ipſorum debitum perſoluendo, dum tamen de eadem parte nobis et noſtris heredibus de predicta parte debitam faciat racionem. In cuius etc. Datum Frankenfurth, Anno M° CCC° L°, feria quarta poſt Lucie.

Nach einer v. Hackwitz'ſchen Abſchrift.

XXXVI. Die Markgrafen Ludwig und Ludwig der Römer vereignen der Johannis-Capelle zu Quartſchen eine Hebung aus dem Hufenzinſe der Stadt Bärwalde, am 10. Februar 1351.

Nos Ludovicus et Ludovicus Romanus etc. recognoſcimus tenore preſencium literarum, volentes eas ad univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam pervenire, quod ob merita grataque obſequia nobis per fratres ordinis cruciferorum ſancti Johannis Hoſpitalis Hieroſolymitani fideliter exhibita et ut bonorum operum, que per ipſum ordinem Deo ſedulo exhibentur, participes fieri mereamur, VIII fruſta reddituum annuorum, que frater Johannes de Wardenberch, quondam ordinis templariorum, emendo comparavit in cenſu manſorum opidi noſtri Berenwalde, dedimus, damus et ſolenni donacione donamus per preſentes altari ſancti Johannis evangeliſte et beate Catharine, ſito in capella curie Quartzen, ſic quod idem reditus ad predictum altare debeant perpetuis temporibus ſine impedimento quolibet juſto proprietatis titulo pertinere. Renunciantes juri, quod nobis, noſtris heredibus aut ſucceſſoribus in premiſſis reditibus com-

petere poſſet aliquando in futurum. In cujus teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Teſtes vero hujus ſunt nobiles viri Johannes comes de Hennenberg, noſter dilectus, Gunterus comes de Swartzburg, dominus in Spremberg, ſtrenuique viri de Lochen, Diepoldus Hele, Marſchalcus noſter, Wilhelmus de Bombrecht, pincerna noſter, et Bethekinus de Ouſt cum ceteris pluribus fide dignis. Vranckenuort, anno domini MCCCLI, feria V^a ante Valentini.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 290. 294 und daſelbſt 90 am letztern Orte feria VII, in der von Hackwitz'ſchen Sammlung: feria quarta ante Valentini.

XXXVII. Markgraf Ludwig ermäßigt nochmals die Urbede der Stadt Bärwalde, am 9. Oktober 1351.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. noſtro et illuſtrium principum Ludovici Romani — — — et Ottonis, Marchionum Brandenburgenſium, fratrum noſtrorum cariſſimorum, nomine conſiderantes et penſantes, quod fideles noſtri, conſules et vniuerſitas ciuitatis noſtre Bernwolth in neceſſitatibus noſtris nunc in parato argento perſoluerunt XL marcas argenti Brandenb., de quibus preſentibus ipſos coniunctim uel diuiſim dimittimus liberos et ſolutos, et inopiam eorundem, a qua ipſos intendimus releuare propter fidelitatis conſtanciam, quam nobis, fratribus noſtris et heredibus titulo et nomine accionis et penſionis annue de ipſa ciuitate XXX marcas argenti Brandenb. predicti, et non amplius dare et pagare debebunt irreuocabiliter et omni inpedimento ac obſtaculo noſtro, noſtrorum aduocatorum et officialium preſencium et futurorum in omnibus proculmoto, XV ſcilicet marcas in feſto beati Martini epiſcopi et XV marcas ſepe dicti argenti in feſto beate walburgis virginis finaliter anno quolibet perſoluendo. In cuius etc. Preſentibus Haſſone ſeniore, Haſſone de Valkenburg, Haſſone de Vchtenhagen, Hen. de Vchtenhagen, Ottone Morner. Datum Koningeſbergh, Anno M° CCC° LI°, dominica ante galli.

Nach einer Abſchrift des Freiherrn von Hackwitz, der bereits bemerkt hat, daß dieſelbe mehrere Auslaſſungen enthalten muß.

XXXVIII. Markgraf Ludwig belehnt die Mörner mit der Bede in Voigtsdorf, am 14. Dezember 1351.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. a diſcreto viro Hinrico diuite, ciui noſtro in Berwolde, fideli noſtro dilecto, L marcas argenti Brandenburgenſis mutuo recepimus, quas in